Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

35

non habebis partem mecum. et statim mutauit definitionem suam et ait. domine non tantum
SI IS CUI COMMISSA EST **Interrogatio** pedes sed et manus et caput. CLXXXV.
dispensatio ex his que domino offeruntur necessitatem habet implere mandatum
illud quod dicit. omni petenti te da. et eum qui uult mutuari a te sumere non auertaris.
HOC QUOD DICTUM EST. omni petenti da et uolenti mutuare **Responsio**
abs te non auertaris. quasi temptationis habet locum sicut ex consequentibus demonstratur.
propter malos enim preceptum est. non principaliter. sed quasi quod in necessitate fieri
debeat. principale enim preceptum domini est. Vende omnia bona tua et da pau
peribus. et rursum. uendite bona uestra. facite misericordiam. quod ergo alius delegatum est
uel [illegible] in alios transferre non absque discrimine est domino dicente.
non sum missus nisi ad oues perditas domus israel. et quia non est bonum tollere
panem filiorum et mittere canibus. sed et de te ipso debes iudicare quod
QUOD SI ET NICHIL HABENS **Interrogatio** iustum est. CLXXXVI.
proprium petat ab alio hoc ipsum quo uestitus est. quid debet facere maxime
SIUE NUDUS SIUE MALUS. **Responsio** Si nudus est ille qui petit.
idem siue necessitatem patitur siue fallit uel si quid aliud est. semel dictum est.
quia dare uel accipere non est omnium. sed illius solius cui commissum est istud offi
cium. qui utique cum omni prudentia et cautela huiusmodi dispensationem debet
implere. ut possit unusquisque in eo quo uocatus est permanere. **Interrog**
QUOMODO POTEST QUIS SINE KARITATE TANTAM FIDEM HABERE. ut montes trans CLXXXVII.
ferat. aut substantiam suam diuidat et corpus suum tradere ut ardeat.
SI MEMORES SIMUS DOMINI DICENTIS. faciunt enim omnia **Responsio**
ut uideantur ab hominibus. sed et illud illis dicentibus. quod respondit domine
domine in nomine tuo prophetauimus et in tuo nomine demonia eiecimus
et in tuo nomine uirtutes multas fecimus. cum ait ad eos. nescio uos unde
estis. non quia mentiti sunt. sed quia dei gratiam abusi sunt ad proprias uoluntates. quod
utique alienum est a karitate dei. Si ergo hoc meminerimus. facile aduertimus
que dicta sunt; quod autem gratiam dei uel donum accipiant etiam indigni non est
nouum aut mirum. Deus enim et in tempore hoc benignitatis et patientie
sue etiam solem suum oriri facit super bonos et malos. Interdum autem etiam
ad profectum eorum qui adhuc infideles sunt ut gratia ei multiplicetur secundum quod apostolus
dicit. quia quidam per inuidiam et contentionem. quidam autem propter bonam uoluntatem
Christum adnuntiant. et addidit his dicens. Uerum tamen omni modo siue occasione